



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 55. Regula Carmelitarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII. A.C. 1209. *te, inquit, ne, si pauperis hujus viri preces respuitis, una Evangelium rejiciatis, cum vitæ forma, quam introducere cupit, nihil aliud quam ipsa Doctrina Evangelica esse videatur. Qui enim diceret, perfectionem Evangelicam aut votum editum, eam consequendi, quædam sanæ rationi adversa, vel impossibilis adjuncta habere, Blasphemiam in Jesum Christum jaceret, Evangelii Auctorem. Quo argumento permotus Papa, & ad Franciscum conversus, ora, inquit, Fili mi, ut Deus per te voluntatem suam nobis revelet. Postquam igitur Vir sanctus orasset, & ad Pontificem redisset, obtinuit, ut Regulam suam reciperet.*

Vadin. n. 18. Ceterum hæc Approbatio Innocentii Papæ III. solummodo viva voce, anno millesimo centesimo decimo, data est.

§. LV.

Regula Carmelitarum.

s. 31. Leo
Allat. opusc. Sub idem ferme tempus Albertus, Patriarcha Latinus Hierosolymitanus, Regulam Carmelitis dedit, de quorum origine præ ceteris ista magis certa tenemus. Joannes Phocas Monachus Græcus, ex Insula *Pathmos*, qui cum loca Redemptionis nostræ anno millesimo centesimo octogesimo quinto invississet, narrationem itineris sui absolvit in hæc verba: *In monte Carmelo est ca-*
verna

perna Elia, ubi olim amplissimum stetit Sæcul. XIII.
 Monasterium, quod bodieque rudera te- A.C. 1210.
 statum faciunt; sed illud vetustas & in-
 cursiones hostium destruxerant. Annis
 vero abhinc non multis, quidam Mona-
 chus Presbyter, alba cæsarie, ex Cala-
 bria advectus, ab Elia Propbeta per re-
 velationem monitus, in illo loco sedem
 fixit. Exiguum Claustrum in ruinis Sup. Lib.
 veteris Monasterii, turrim, & sacellum LXXV.
 condidit, collegitque decem ferme Fra- §. 46.
 tres, quibuscum bodie in monte sancto ap. Canis.
 degit. to. 5. p. 387.

Hucusque Joannes Phocas, qui ista
 oculis suis conspexit. Præterea Gun-
 therus Monachus in Commentario iti-
 neris Marini Abbatis Parisiensis prope
 Basileam similia, ac Joannes Phocas, te-
 statur. Itaque Albertus, antea Episco- Sup. n. 6.
 pus Vercellensis, ad Sedem Patriarcha- ap. Boll. 3.
 lem Hierosolymitanam, ut memoravi- April. to. 9.
 mus, evectus, circa annum millesimum p. 778. 786.
 ducentesimum nonum, quamdam Regu-
 lam his Eremiculis, quorum Præpositus
 tunc erat aliquis nomine Brochardus,
 dedit. Illa sexdecim complectitur Ca-
 pitula, ex quibus dispicimus, singulos
 in singulis cellulis separatos mansisse,
 cellulam Prioris ad portam Claustrisuis-
 se, & Ecclesiam in medio. Aliquos ex
 Fratribus literas nescivisse, quibus cer-
 to numero *Pater Noster* pro qualibet
Hist. Eccles. Tom. XIX. O Hora

Sæcul. XIII. Hora Canónica recitare injunctum fuerit. **A.C. 1210.** Quotidie Missæ Sacrificio interesse, si possent, tenebantur. Nunquam vescabantur carnibus, & a Festo Exaltationis S. Crucis usque ad Pascha jejunabant. Præterea Albertus eis continuum manuum laborem imperat & silentium. Hæc fuere exordia Carmelitarum, qui deinde in totam Ecclesiam Latinam sparsi sunt.

§. LVI.

Regnum Hierosolymitanum.

Guil. Nang. **an. 1209.** Epistola, cui Carmelitarum Regula inserta legitur, data est Acriæ, ubi tam Patriarcha residebat, quam Rex Hierosolymæ, tunc temporis Joannes Briennius. Nam Regina Isabella fatis functa erat, relicto Regni Jure Mariæ filia suæ natu maximæ, ex Conrado, Marchione Montisferratensi, secundo suo marito, genitæ. Porro Barones Regni Hierosolymitani, Legatis anno millesimo ducentesimo octavo ad Philippum Regem Franciæ missis, dari sibi petierant ex Francia Principem, qui filiam Isabellæ Regni Hæredem duceret, & Rempubli-

Chro. Antis. **an. 1209.** cam vacillantem sustineret. Misit Philippus Rex Joannem Comitem Briennium, qui multis comitantibus navigio se commisit, ac in Vigilia Exaltationis S. Crucis anno millesimo ducentesimo nono